

**Fo. CCLVI.**

huius ecclesie catholice personam sustinet petrus? **N**unc enim ecclesie claves regni celorum date sunt: cum petro date sunt. Et cum ei dicitur ad omnes dicitur: amas me: pasce oues meas. Debent ergo ecclesia catholica correctis et pietate firmatis filiis: libenter ignoscere: cum ipsi petro personam eius gestati: cum in mari titubasset et cum dominum carnaliter a passione renocasset et cum aurem sui gladio percidisset. et cum ipsum dominum ter negasset: et cum in simularibus postea superstitiosam lapsus esset. videamus veniam esse concessam: eumque correctum atque firmatum usque ad dominice passionis gloriam peruenisse. Itaque post persecutionem que per arrianos hereticos facta erat. et postea quae per quamdam catholicam in domino tenet. etiam a principibus seculi reddita est: epi qui perfidie arrianorum illa perturbatoe commiserant: multi correcti: redire in catholicam delegerunt: dantes siue quod crediderant: siue quod se credidisse simulauerant. Nos ecclesia catholica materno recipit sinu. tanquam petrus post fletum negationis per gallicantum amonitum. aut tanquam eundem post prauam simulationem pauli voce correctum. Hanc illi maris charitate superbe accipientes et ipse reprehendentes: quia petrus post gallicantum surgenti in simulati sunt cum lucifero qui mane oriebat cadere meruerunt.

**XVIII.**

**E**cce eos audiam: qui negat ecclesias dei omnia peccata posse dimittere. Itaque miseri domini in petro petram non intelligunt: et nolunt credere datas ecclesie claves regni celorum: ipsi eas de manibus amiserunt. Isti sunt qui viduas si nupserint tanquam adulteras dantes: et super doctrinam applicam se predicant esse mundanos. Qui nomen suum si vellet agnoscere: mundanos se potius quam mundos vocaret. Nolentes enim si peccauerint corrigi: nihil aliud delegerunt: nisi cum mundi dantes. Nam quibus veniam peccatorum negant: non eos aliquid sanitate custodiunt. sed egros subtrahunt medicinam: et viduas suas vix contingunt: quibus nubere non permittunt. Non enim prudentiores habendi sunt: quam paulus apostolus qui ait. Dalo eas nubere quam vixi.

**XIX.**

**E**cce eos audiam: qui carnis resurrectionem futuram negant: et commemorant quod ait apostolus. caro et sanguis regnum dei non possidebunt. Non intelligentes

quod ipse dicit apostolus. Oportet corruptibile induere incorruptibilem: et mortale induere immortale. Quod enim factum fuerit iam non erit caro et sanguis: sed celestis corpus. Quod et dominus permittit cum dicit: neque nubent neque yceles ducentur: erunt equales angelis dei. Non enim iam hominibus sed deo viuere: cum equales angelis facti fuerint. Immutabit ergo caro et sanguis: et fiet corpus celestis et angelicum. Et mortui enim resurgent incorrupti: et nos immutabimur. ut et illud verum sit: quod et caro et sanguis regnum dei non possidebunt. Ita fidei simplicitate et sinceritate lacrimati nutriamur in christo: et cum puuli sumus: maioribus cibis non appetam: sed nutrimentis saluberrimis crescamus in christo: adcedentes bonis moribus et christiana iusticia: in qua est charitas dei et primi perfecta et firmata: ut unusquisque nostrorum de diabolo inimico et angelis eius triumphet in se metipso: in christo quem induitque perfecta charitas nec cupiditate habet seculi. nec timore seculi. i. nec cupiditate: ut adquiret res temporales. nec timore ne amittat res temporales. Per quos duas ianuas intrat et regnat inimicus qui primo dei timore: deinde charitate pellendus est. Debemus itaque ratio audiri: appetere apostolicam et euidentissimam cognitionem veritatis: quanto nos debemus in charitate proficere. et eius simplicitate cor habere mundatum: quia ipso interiore oculo videtur veritas. Huius enim mundo corde iniqui: ipsi deum videbunt. ut in charitate radicati et fundati: suaualeamus comprehendere cum omnibus scientis que sit latitudo et altitudo et longitudo et profundum. scientie etiam supereminere scientiam charitatis christi: ut impleamur in omnem plenitudinem dei: et per istam cum inuisibili hoste certantiamque volentibus et amantibus in gloriam christi leuare est: et sarcina eius leuis: coronam victoriae mereamur. Amen.

**E**xPLICIT liber sancti augustini episcopi de agone christiano.

**I**ncipit liber augustini de bono discipline.

**M**ulti sunt qui sane doctrine aduersant iusticia culpam: et disciplina